

wir den solchem gerne præcaviren möchten / als begehren Wir hiermit gnädigst / Ihr wollet denen dreuen Facultäten bey Euch / der Theologischen Juristischen und Philosophischen / daß sie nach Anleitung jedes seiner Profession, in Ihren Lectionibus bey Gelegenheit / die studirende Jugend / von dergleichen neuerlichen / und zu böser Consequenz dienlichen Opinionen, alles Fleißes abmahnen sollen / gebührend andeuten. Daran geschicht Unser Meinung. Datum Dresden den 16 Junii, Anno 1673.

CARL F. von Frisen

J. L. Wilhelm S. m. p.

(b) De Wittebergensium sententia testatur Excellentissimus in illa Academia Theologus, Dn. D. Johannes Meisnerus, p. m. Epistolâ suâ ad Dn. Holyk, Conversum quendam in Sueciam tendentem: Inprimis verò, scribens, si in Scaniam veneris, Dn. D. Schwartzium meo nomine salutes, & quid agat, quam bene vivat, nuncies, inprimis verò, quomodo ipsi cum Pufendorffo conveniat: cujus nuperum scriptum apud nos visum, *sed nec à Theologis nec politicis scribendi genus probatum fuit.* Sine dubio Dn. D. Schwartzius respondebit &c.

Testatur etiam ejusdem Academiae civis Dn. Albertus Brandenburg Theologiae Candidatus p. m. literis suis ad Dn. D. Schwartzium Anno 1673 d. 21 Jun. hunc in modum scriptis: Vir Amplissime, summeq; Reverende. Ignoscas quaeso, Patrone summe, homini nimis forsitan audacter Te interpellanti, facit hoc & raram illud, quod mihi Londini superiori anno præter omne meritum exhibuisti officium (cujus ego memoriam ut grata semper colam mente, ita non nisi cum ipsa simul mortalitate deponam) & præfens quoq; negotium, Pufendorffo censeo, cujus cum Novitates, doctrinae unicè sacrae minus conformes, à Vestra Excellentia pio quodam Zelo sint castigatae, gratulor ego ex animo Patriae mihi suavissimæ de Vestrae Excellentiae tam excitato quasi divinitus ad Orthodoxias defensionem fervore, addito omnigenae prosperitatis voto: Servet Te Deus Patriae diutissime incolumem! Rem aggredior. Vix hora effluxit, ex qua, finito Consistorio hospes meus Dn. D. Meisnerus literas mihi Electoris Saxonici, hæc ipsa Pufendorffo absurda, approbato quasi tacitè Indice illo Novitatum Anonymi, ut heterodoxa ac impia damnantes, communicavit, quibus acceptis, imperare sanè animo non potui, quin earundem Tibi, de Patria tam bene merito, copiam